

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

9. Executio Incarnationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

sed alacres erimus ad plura. Est id Sanctorum Angelorum, ut significatur apud Job. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent, adsumus.* 4. Credibile est, quod Angelus Gabriel apud Cælites deprædicaverit prudenteriam, humilitatem, reliquamque sanctitatem Virginis Mariæ. Tu imitare.

Laudes.

MEDITATIO IX.

Executio Incarnationis & corporis assumpti qualitates.

PUNCTUM PRIMUM.

Quomodo ipsa Verbi Incarnatio peracta sit. In momento, quo B. Virgo consensit, sanctissima Trinitas operata est totum mystrium, formando corpus perfectum ex purissimo sanguine B. Matiæ, creandoque animam rationalem, utrumque autem personæ Verbi Divini uniendo, ita ut eadem fieret persona Dei & hominis, atque ita unus & idem esset Deus & homo. 1. In hoc opere complacuit sibi Beatissima Trinitas, tanquam se in primis digno singulare Personæ divinæ peculiarem habuere exultantem rationem. *Pater*, ob adimpletam promissionem suam, & quia in hunc hominem Deum summo, præ omnibus simul creatis, amore duccebatur. *Filius*, ob arctissimum complexum assumptæ naturæ, in qua totum genus humanum cognatum sibi fecerat, quare incepit hominem amare, tanquam se. *Spiritus Sanctus*, quod opus

*Lætatur
SS. Tri-
nitas.*

Isa. 2. 1. opus id esset eximii amoris , & ita ipsi peculia-
riter , attributum , quodque super Christum ipse

2. Spiritus Sanctus absque mensura requievisset .
Humanitas.

3. Exultavit ipsa Humanitas assumpta , circum-
spiciens , quo esset evecta .
B. Virgo. 3. Tum Mater in

cujus thalamo fuere nuptiae istae admirabiles ,
Dei & hominis celebratæ . Nam & hoc credi-
bile est , quod hoc arcanum tunc ipsi fuerit re-

Luc. 1. velatum , ut penitus in illud introspiceret . At
47. si ad Elisabethæ gratulationem ita exultavit spi-
ritus ejus in Deo salutari suo : quanto majorilæ-
titiæ sensu perfusa est , cùm intra viscera ejus

tota Trinitas illud perficeret ?

Est cur etiam exultemus nos ipsi , propter
quos id totum peractum est , quiique in Christo
evecti simus ad quandam cum Deo cognatio-
nem , tantum , ne degeneres simus .

PUNCTUM II.

*Christi
corpus
mortale.*

Cur mortale & patibile corpus accepit ? E-
tenim quod esset Deus , & qua homo , ab
originali culpa immunis , debebatur ipsi immor-
talitas , & imparabilitas , cùm contraria sint pœna
peccati . Item , quia secundum animam beatus ,
& clara Dei visione fruens , debuit corpus ha-
bere gloriosum . Voluit tamen ea assumere ad
commendationem charitatis , & ad exemplum
humilitatis , dum quasi culpæ reus , quæ non
rapit , exolvit . Contra ego reus pœnas debi-
tas refugio .

PUNCTUM III.

*Car in-
fans ?*

Cur corpus infantile accepit , & in utero
formari voluit , cùm potuisset aliunde acci-
pere

pere corpus perfectum? 1. Ut per omnia fratribus assimilaretur, & tenerius ad amandum pelliceret nos infans Deus. 2. Ut tanta demissio nos permoveret. Cæli te non capiunt, & clauderis in utero Virginis! 3. Ut ingrediens mundum, patientiae & mortificationis daret documenta. Ut enim clauderetur utero & inde alegretur, captusque sensibus in abdito illo per novem menses delitesceret; & is quidem, qui iudicio integro rationis, internisque sensibus pollebat, mirum quantæ vexationis fuerit?

1.

2.

3.

MEDITATIO X.

De perfectionibus animæ Christi, & de affectibus illius in ipso conceptu.

PUNCTUM PRIMUM.

Quæ dona Christi animæ infusa in ipso conceptu? Quanta debebantur Filio Dei. Ioan. 1.
14.
Unde à Ioanne dictum est. *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* Et à Ioanne Baptista. *Non ad mensuram dat ei Deus Spiritum. Pater enim diligat Filium, & omnia dedit in manu ejus.* Gratiæ
Christo
datæ.
Ioan. 3.
34.

1. Puritas sine macula, quippe erat agnus Dei, qui tollit peccata mundi, ideoque ipse impeccabilis. 2. Sanctitas in summo gradu supra Angelos, scilicet non solum fuit à culpa remotissimus, sed interna etiam sanctitate simillimus Deo. 3. Visio clara Dei, quæ est gratia consummata, & qui illam sequitur,

1.

2.

3.

M amor,